

_Lettera_N_1917

Al chierico Luigi Piscetta

*Romae, 22 februarii 1874 Dilecto filio Piscetta in Domino Salutem Pacem,

Epistolas, quas una cum amicis tuis ad me misisti, gratulanti animo accepi.

Perge, fili mi, in sortem, qua Deus ad altiora te vocavit. Nunc parvulus es, ideo collige pisciculos: multi enim sunt apud nos. Cum autem vir factus fueris Dominus faciet te piscatorem hominum.

Quaere Victorium Pavesio praeceptorem tuum, et dic ei me valde pro eo oravisse, specialemque benedictionem pro se et pro fratre suo a Supremo Ecclesiae Antistite petiisse.

Vale in Domino et ora pro me.

In Ch. J. amicus Joan. Bosco sacerdos